



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Venerabilis Arnesti, (vulgò Ernesti) Primi  
Archiepiscopi Pragensis**

**Balbín, Bohuslav**

**Pragæ, 1664**

Notæ in Caput XIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42763**

## Notæ in Caput XIII.

**P**rincipum cura circa sepulchra. Vide Gret-  
serum *Nostrum de Funere Christiano*. Meritóque Eccle-  
sia, jam inde ab initio, valde sollicita in sepeliendis SS. Marty-  
rum, & aliorum Christianorum corporibus fuit. De tribus & qua-  
draginta Cæmeterijs Romanis vide Baron. A. Christi 226. in An-  
nal. Ecclesiasticis. De sepulchro Cæciliæ Metellæ admirabili, &  
Echo, cui par in Orbe non est vide Georg. Draudium *Comment.*  
in Solini C. 2.

sepulchrorum  
cura non de-  
ponenda.

**Corda Principes donaverunt.** Ita Henricus  
Magnus Gallia Rex, Societati nostra Cor legavit. Vide *Consolation.*  
ad Reginam Matrem Lud. Richeomi, Idem postea imitatus Ferdin-  
inandus II. Aug. mem. (*Lamormayn. de Virtutibus Ferdin. II.*) de  
quo facto sic olim in Epigrammate lusi:

De Corde  
Ferdinan. II.  
Cæsaris So-  
cietati IESV  
legato.

*Cor nobis, Fernande, Tuū post funera donas;  
Donāsses vivus, sed sine corde fores.  
Ergo Cor hoc magnū posthac ut vivere possit,  
Nostrū, qui post Te vivimus, hoc cor erit.*

Ante eam componi se ultimâ voluntate  
jussit. Inveni inter Manuscripta Testamenti fragmentum, cui  
adscriptus Annus 1358. dies 18. Junij. Hanc ultimam no-  
stram exprimimus, & decernimus esse volunta-  
tem, videlicet quod sive in terris originis nostræ,  
sive alijs vicinis ejusdē, aut etiam remotioribus  
omnino

Fragmentū  
conditi ab  
Arnesto Te-  
stamenti.

omnino, vocatione divinâ, quandoconque de  
hac vita migrare nos contigerit, in Civitate seu  
Oppido Glacensi Nostræ Pragensis Diœcesis,  
apud Ecclesiam Virginis Gloriosæ Parochia-  
lem Cruciferorum cum alba Cruce, Ordinis S.  
Joannis Hierosolymitani, affectione, nec non  
& devotione salutari inclinati sepeliri volumus  
& eligimus. Hactenus fragmentum.

*De ejusdem Venerabilis Arnesti in hanc Ecclesiam amore lo-  
quens Gallus Prior Equitum Rhodiorum (in litteris A. 1362. 8. Ia-  
nuarij in Archiv. Comendature Glac. N.) ait Arnestum erga  
hanc Ecclesiam Glacensem habuisse hactenus, & habere de-  
votionis gratiam singularem:*



De